A. D. 1930 CURRENDA Nrus VI
PISMO URZĘDOWE TARNOWSKIEJ KURJI DIECEZJALNEJ

Die III Mai Officium et missa pro festo B. Mariae V. Reginae Poloniae.

Omnia de Communi Festorum B. Mariae Virginis temp. Paschali, praeter ea, quae hic habentur propria.

OFFICIUM

In I Vesperis

Antiph. de Laudibus, Psalmi ut in festis B. M. V. Capit. Judith. 13.

Benedixit te Dominus in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros.

Hymnus. Ave Maris Stella, ut in festis B. M. V.

V. Dignare me laudare te, Virgo sacrata. Alleluja.

R. Da mihi virtutem contra hostes tuos. Alleluja.

Ad Magnificat. Ant. Ecce Maria erat spes nostra, ad quam confugimus in auxilium, ut liberaret nos, et venit in adiutorium nobis. Alleluja.

OREMUS

Omnipotens et misericors Deus, qui ad defensionem populi nostri in beatissima Virgine Maria, mirabile nobis auxilium constituisti, concede propitius; ut tali praesidio muniti, certantes in vita, victoriam de hoste maligno consequi valeamus in morte. Per Dominum.

AD MATUTINUM

Invit. Sancta Maria Dei Genitrix Virgo * Intercede pro nobis. Alleluja.

Hymnus:

Dum tuos caelum recolit triumphos,
Gaudeat tellus, moduletur hymnum,
O Parens Iesu, benedicta Virgo,
Immaculata.

Si malis fractus, lacrimas profundens,
Vota certatim geminat, precesque,
Tu potens frangis rabiem nefandam,
Tela repellis.

Quam tuas laudes celebrare praestat!
Iure Reginam populus Polonus
Te vocat felix; monumenta summi
Praebet amoris.

Stella splendescens maris in tumultu,
Turris infensas reprimens phalanges,
Singulos cives, Tibi dedicatos,
Perge tueri.

Te per aeternos veneremur annos,
Trinitas, summo celebranda plausu:
Te fide mentes resonoque linguae
Carmine laudent. Amen.

IN I NOCTURNO

Ant. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. Alleluja.
Lectiones. Ego sapientia. (De communi cum R. de communi).

IN II NOCTURNO

Ant. Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede et regna. Alleluja.

Lectio IV. (Ex historicis documentis).

Regnante Ioanne Casimiro, Poloniam, post funesta bella viribus extenuatam, Gustavus, rex Sueciae, cum ingenti exercitu invasit, ita ut Ioannes exul a patria discedere coactus fuerit. Victoria elatus Gustavus, Clarum Montem Częstochoviae, sibi unice obstantem, ubi aderat coenobium pervetusto cultu Beatae Virginis celeberrimum, vi opprimendum curavit. Manus rusticorum cum paucis nobilibus, domestici, ipsique religiosi, praesente priore Augustino Kordecki, aderant praesidio. Quotidie moenia cum Sanctissimo Sacramento et canticis peragrantes, ab ictibus hostilibus illaesi procedebant. Fervidis piisque votis annuit Deus; namque ope potentissimae Virginis, confusus hostis ab obsessione recessit; qua re cognita, omnes undique ac certatim ad aedem tantae Liberatricis, gratiarum actiones persoluturi, confluebant.

R. Sicut cedrus etc.

Lectio V.

Liberata Częstochovia, Joannes Casimirus rex in patriam reversus, Leopolim venit, ibique in Ecclesia Cathedrali, coram veneranda Imaginae Matris Gratiarum, adstante Nuntio Apostolico Petro Vidone, genuflexus una cum senatoribus et nobilibus viris, plenus fide, votum emisit, se in Patronam Regni suorumque Dominiorum Reginam, Sanctissimam Dei Matrem deligere velle, eiusque singulari tutelae ac patrocinio populos, sibi commissos, enixe commendare; insuper, suo suorumque populorum nomine honorem Beatissimae Virginis propagaturum. Denique promisit ac vovit, si victoriam de hostibus retulisset, apud Sedem Apostolicam se procuraturum, ut quotannis in gratiarum actionem dies festus ac solemnis perpetuo concederetur. Axilium Protectricis Regni Poloniae mox apparuit; nam a tot tantisque malis patria liberata fuit. Tunc magis magisque Maria Virgo, sub nomine Reginae Poloniae, celebrari coepit.

R. Quae est ista...

Lectio VI.

Labentibus annis, Regnum Poloniae, in finitimas gentes tripartitum fuit. Sed afflictis ipse Deus factus est praesedium et virtus. Etenim protectione eiusdem coelestis Reginae feliciter contigit, ut post centum et quinquaginta annos, Poloniae fuerit restituta libertas. Qua vix recuperata, hostis nominis christiani longe lateque vastando pervagus, fere ad portas Varsaviae apparuit. In hoc novo et gravi periculo unicum refugium exstitit Maria Virgo, quae in ipso suae Assumptionis die, ad Vistulam, immanissimas acies confregit; quibus, expulsis, Respublica ab imminenti discrimine evasit. Quapropter omnes Poloniae Episcopi, vota olim a Ioanne Casimiro rege emissa exequentes, Pium Papam Undecimum, qui apud Polonos Nuntius, in illa rerum trepidatione animos sua firmaverat praesentia, rogarunt, ut speciale Festum Beatae Virginis Mariae, Reginae

Poloniae quotannis celebrandum concedere dignaretur. Quibus piis votis annuens, Festum hoc ritu duplici secundae classis, die tertia maii in perpetuum celebrari indulsit, speciali officio divino ac missa eiusdem Festi approbatis.

R. Ornatam monilibus...

IN III NOCTURNO

Ant. Dignare me laudare te Virga sacrata; da mihi virtutem contra hostes tuos. Alleluja.

Lectio VII. *Cap. 19, 25–27.*

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

In illo tempore: Stabant iuxta crucem Iesu Mater eius, et soror Matris eius Maria Cleophae, et Maria Magdalene. Et reliqua.

Homilia sancti Petri Damiani.

Sermo 1 in Nativ. B. M. V. in fine.

Virgo Dei genitrix, cuius pulchritudinem sol et luna mirantur, subveni, Domina, clamantibus ad te iugiter: revertere, revertere, Sunamitis, revertere, revertere, ut intueamur te. Tu benedicta, et superbenedicta, revertere primo per naturam. Numquid quia ita deificata, ideo nostrae humanitatis oblita es? Nequaquam Domina: scis in quo discrimine nos reliqueris, ubi iaceant, quantum delinquant servi tui: non enim convenit tantae misericordiae tantam miseriam oblivisci, quia etsi subtrahit gloria, revocat natura: non enim ita memoraris iustitiae Dei solius, ut misericordiam non habeas, neque ita es impassibilis, ut non sis compassibilis. Naturam nostram habes, non aliam, et iustum est, ut de rore tantae pietatis diffusius infundamur.

R. Felix namque...

Lectio VIII.

Revertere sedulo per potentiam. Fecit in te magna qui potens est, et data est Tibi omnis potestas in caelo et in terra. Nihil tibi impossibile, cui possibile est desperaturos in spem beatitudinis relevare. Quomodo enim illa potestas tuae potentiae poterit obviare, quae de carne tua carnis suscepit originem? Accedis enim ante illum aureum humanae reconciliationis altare non solum rogans, sed imperans, Domina, non ancilla. Moveat te natura, potentia moveat, quia quanto potentior, tanto misericordior esse debes. Potestati enim cedit ad gloriam, iniurias ulcisci nolle, cum possit. Revertere tertio per amorem. Scio, Domina, quia benignissima es, et amas nos amore invincibili, quos in te, et per te Filius tuus, et Deus tuus summa dilectione dilexit. Quis scit, quoties refringere iram iudicis, cum iustitiae virtus a praesentia deitatis egreditur.

R. Beatam me dicent...

Pro S. S. Alexandro Papa, Eventio et Theodulo, Martyribus ac Iuvenale Episcopo et Confessore, Lectio IX.

Si autem IX Lectio alicuius Officii commemorati non sit dicenda, erit sequens.

Lectio IX.

Revertere quarto per singularitatem. In manibus tuis sunt thesauri miserationum Domini, et sola electa es, cui gratis conceditur. Absit, ut cesset manus tua, cum occa-

sionem quaeras salvandi miseros et misericordiam effundendi: neque enim tua gloria minuitur, sed augetur, cum poenitentes ad veniam iustificati, ad gloriam assumuntur? Revertere ergo Sunamitis, idest, despecta, cuius animam pertransivit gladius, quae fabri uxor appellata fuisti. Ad quid? Ut intueamur. Summa gloria est post Deum te videre, adhaerere tibi, et in tuae protectionis munimine demorari. Audi nos, nam et Filius nihil negans honorat te, qui est Deus benedictus in saecula saeculorum.

Te Deum laudamus

AD LAUDES

Antiph.

1. Benedicta es tu * Virgo Maria a Domino Deo excelso prae omnibus mulieribus super terram. Alleluja.
2. Cingulo suo * confortavit nos, et potestatem suam dedit in manu nostra. Alleluja.
3. Tu gloria Jerusalem * tu laetitia Israel, tu honorificentia populi nostri. Alleluja.
4. Iustitia * cingulum lumborum eius, et fides cinctorium renum eius. Alleluja.
5. Speciosa facta es * et suavis, in deliciis tuis, sancta Dei Genitrix. Alleluja.

Capit.: Benedixit te Dominus in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros.

HYMNUS

Te Redemptoris Dominique nostri
Dicimus Matrem, speciosa Virgo,
Christianorum decus et levamen
Rebus in arctis.

Saeviant portae licet inferorum,
Hostis antiquus fremat, et minaces,
Ut Deo sacrum populetur agmen,
Suscitet iras.

Nil truces possunt furiae nocere
Mentibus castis, preces quas vocata
Annuens Virgo fovet, et superno
Robore firmat.

Tanta si nobis faveat Patrona,
Bellici cessat sceleris tumultus,
Mille sternuntur, fugiuntve turmae,
Mille cohortes.

Te per aeternos veneremur annos,
Trinitas, summo celebranda plausu;
Te fide mentes resonoque linguae
Carmine laudent. Amen.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis. Alleluja.

R. Propterea benedixit te Deus in aeternum. Alleluja.

Ad Bened. Ant.: Quae est ista, quae ascendit sicut aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? Alleluja.

OREMUS

Omnipotens et...

Ad Primam

In Resp. br.: Qui natus es de Maria Virgine.

Ad Tertiam

Capit.: Benedixit te Dominus in virtute sua quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros.

Resp. br.: (De communi)

Ad Sextam

Capit.: Benedicta est tu filia a Domino Deo excelso, prae omnibus mulieribus super terram.

Resp. br.: (De communi)

Ad Nonam

Capit.: Benedictus Dominus, qui creavit caelum et terram quia hodie nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum.

Resp. br.: (De communi)

IN II VESPERIS

Omnia ut in primis Vesperis

V. Facta es nobis Domina in refiugium. Alleluja.

R. Adiutrix in opportunitatibus, in tribulatione. Alleluja.

Ad Magnif. Ant.

Ad te, o sancta Dei Genitrix * clamavimus, et per te venit Domini auxilium nobis. Alleluja.

MISSA

Introitus

Gaudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes, sub honore Beatae Mariae Virginis, de cuius solemnitate gaudent Angeli, et collaudant Filium Dei. Alleluja, Alleluja.

Ps. 44, 2 Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. V. Gloria Patri.

OREMUS

Omnipotens et misericors Deus...

Lectio libri Iudith Iudith. 13

Benedixit te Dominus in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Benedicta es tu filia a Domino Deo excelso: prae omnibus mulieribus super terram. Benedictus Dominus, qui creavit caelum et terram, quia hodie nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in aeternum, pro quibus non pepercisti animae tuae propter angustias et tribulationem generis tui, sed subvenisti ruinae ante conspectum Dei nostri.

Alleluja, Alleluja. Cant. 6, 3, 9. Tota formosa et suavis es, Filia Sion, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata. Alleluja.

V. Iudith. 13, 25 Benedixit te Dominus in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Alleluja.

Sequentia Sancti Evangelii Secundum Joannem Joan. 19

In illo tempore: Stabant iuxta crucem Iesu mater eius, et soror matris eius, Maria Cleophae, et Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Iesus matrem et discipulum stantem, quem deligebat, dicit matri suae: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Credo.

Offertorium Ierem. 18,20

Recordare, Virgo Mater, in conspectu Dei, ut loquaris pro nobis bona, et ut avertat indignationem suam a nobis. Alleluja.

Secreta

Suscipe, Domine, manus quod tibi offerimus, memoriam recolentes piissimae Virginis Mariae, quae consolatur nos in omni tribulatione nostra; et praesta: ut mens nostra superno lumine Sancti Spiritus irradiata, terrena despiciat, et ad caelestia semper aspiret. Per Dominum... in unitate eiusdem.

Praefatio de B. Maria Virgine. Et-te in Festivitate.

Communio

Regina mundi dignissima, Maria Virgo perpetua, intercede pro nostra pace et salute, quae genuisti Christum Dominum Salvatorem omnium. Alleluja.

Postcommunio

Deus qui nobis Beatam Virginem Mariam, singularem Patronam dedisti, concede propitius, ut sacris donis tuis satiati, praesidio eiusdem Beatae Virginis Mariae in omnibus adversitatibus nostris perfruamur. Per eumdem Dominum nostrum.

Gnesnen et Posnanien seu Dioecesium Poloniae.

Facultate ab Apostolica Sede impetrata die 12 octobris 1924 quotannis recolendi die tertia Maii in omnibus Poloniae dioecesibus peculiare Festum in honorem Beatae Mariae Virginis Reginae Poloniae, in votis erat E. mi Archiepiscopi Gnesnen et Posnanien et omnium Episcoporum Poloniae ut Festum supradictum diei 3 maii insereretur, sub ritu duplici secundae classis, etiam cum Officio, et Missa propriis, quorum schema Sacrae Rituum Congregationi revisioni subiecierunt. Quam igitur ad iuris tramitem E. mus et Rev. mus D. nus Alexander Cardinalis Verde Causae Relator, in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitiis subsignata die ad Vaticanum habitis, praedictum Officium cum Missa B. V. Mariae Reginae Poloniae discutiendum proposuerit, E. mi et Rev. mi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, audito R. P. D. Carolo Salotti Fidei promotore Generali, reque mature perpensa rescribendum censuerunt pro gratia et ad E. mum Ponentem cum Promotore Fidei generali. Die 7 Ianuarii 1930.

Eiusmodi Officii et Missae revisione peracta, hisque omnibus Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI per eumdem Fidei promotorem generalem relatis, Sanctitas Sua Rescriptum Sacri ipsius Consilii ratum habens suprascriptum Officium Proprium cum Missa in Festa B. V. Mariae Reginae Poloniae dei 3 Maii sub ritu duplici secundae classis ab universo Clero omnium dioecesium Poloniae quotannis persolvendum benigne concessit. Servatis Rubricis: contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 15 Ianuarii 1930.

(—) C. Card. Laurenti
S. R. C. Praefectus

(—) Philippus Defava
Secretarius

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

I

DUBIA

CIRCA INDULGENTIAM PORTIUNCULAE

Sacrae Poenitentiariae Apostolicae sequentia dubia pro opportuna solutione exhibita fuerunt:

I. An christifideles Indulgentiam Portiunculae die secundo mensis Augusti in una ecclesia et die dominico proxime iusequenti, qui ad normam decreti Sacrae Poenitentiariae Apostolicae, diei 10 Iulii 1924, n. VII, substitutus fuerit, in alia ecclesia consequi valeant?

II. An verba eiusdem decreti sub n. IX „saltem sexies Pater, Ave et Gloria" ita intelligenda sint ut hae ipsae preces modo praeceptivo solvi debeant, vel integrum sit christifidelibus alias aequivalentes recitare?

Sacra Poenitentiaria Apostolica ad proposita dubia sic respondendum censuit: Ad I. *Affirmative;* ad II. *Affirmative* ad primam partem, *Negative* ad secundam.

Datum Romae, ex Sacra Poenitentiaria Apostolica, die 13 Ianuarii 1936.

S. Luzio, *Regens.*

L. S.

S. de Angelis, *Substitutus.*

II

CIRCA SPIRITUALIUM GRATIARUM IN CONSTITUTIONE „AUSPICANTIBUS" CONCESSARUM PROGATIONEM.

Sacrae Poenitentiariae Apostolicae sequens dubium pluries exhibitum fuit pro opportuna solutione.

„Utrum in Litteris Encyclicis *Quinquagesimo ante anno* die 23 Decembris 1929 datis, quibus Summus Pontifex Indulgentiam Iubilarem iam impertitam in Constitutione Apostolica *Auspicantibus Nobis* ad alios sex menses, nempe usque ad diem 30 Iunii 1930, prorogare dignatus et, prorogatae etiam censeantur aliae gratiae spirituales in memorata Constitutione concessae et praesertim Indulgentia plenaria quam Sacerdotes, Sacrum litantes, in qualibet Missae Sacrificio acquirere et applicare possint, independenter a Missae applicatione, uni animae in Purgatorio detentae ab ipsis ad libitum designatae".

Sacra Poenitentiaria Apostolica, die 14 Ianuarii 1930, re mature considerata, respondendum censuit:

Affirmative.

Facta autem de praemissis relatione Ssmo D. N. Pio divina Frovidentta Papae XI ab infrascripto Cardinalt Poenitentiario Maiore in audientia diei 17 Ianuarii 1930,

idem Ssmus Dominus responsum Sacrae Poenitentiariae benigne approbavit et confirmavit.

Datum Romae, ex Sacra Poenitentiaria Apostolica, die 23 Ianuarii 1930.

L. Card. Lauri, *Poenitentiarius Maior.*

L. S.

I. Teodori, *S. P. Secretarius.*

Wizytacja kanoniczna.

J. E. Najprzew. Ks. Biskup Ordynarjusz dokona wizytacji parafij dekanatu Grybowskiego w następującym porządku:

29 i 30 maja w Grybowie (przyjazd 28 maja po południu), 31 maja w Stróżach (konsekracja kościoła), 1 czerwca w Gródku.

Wizytacja innych parafij tego dekanatu dokonana będzie w późniejszym terminie.

Najprzew. Ks. Biskup Sufragan dokona wizytacji dekanatu Brzeskiego:

15 maja w Uszwi (przyjazd 14 maja po południu), 16 maja w Biesiadkach, 17 maja w Gnojniku, 18 i 19 maja w Brzesku, 20 maja w Porębie Spytków, 21 maja w Jasieniu, 22 maja w Okocimie, 23 i 24 maja w Jadownikach, 25, 26, 27 maja w Szczepanowie.

Wszyscy P. T. Księża odmawiać będą we Mszy św. w dniach wizytacji modlitwę de Spiritu Sancto, o ile na to pozwolą rubryki.

Rekolekcje dla Kapłanów.

W Domu Rekolekcyjnym OO. Jezuitów, w Dziedzicach na Śląsku, odbędą się rekolekcje dla kapłanów w następujących serjach:

Początek wieczorem: 14 lipca, 21 lipca, 4 sierpnia, 25 sierpnia, 5 września, 22 września, 6 października, 20 października, 17 listopada.

Na prywatne rekolekcje zamknięte można przybyć w każdym czasie, donosząc kilka dni przedtem o terminie przyjazdu. Wszelkie zgłoszenia proszę adresować: Dom Rekolekcyjny OO. Jezuitów, Dziedzice – Śląsk.

Ks. Józef Bury
Superjor

Sprostowanie omyłki drukarskiej.

Na str. 81 Kurenda XI ex 1929 ma być w wierszu 9 od góry Nr. Konta PKO 407.228, a nie jak mylnie wydrukowano 1107228.

Wykaz ofiar i składek na rozbudowę gmachu Seminarjum duchownego

a) Przez Kurję Biskupią wpłacili P. T. Księża i Parafje w styczniu, lutym, marcu, do 10 kwietnia:

Ks. Michał Nawalny 100, Szczepanów 25·40, Nockowa 109·49, Łukowica 200, ks. Jakób Luraniec 20, Urzędnicy W. K. Nowy Wiśnicz 69·50, Magd. Kaklówna 20, ks. Dr. Kuc 200, ks. P. Rajca 10, Złota 32, ks. Kiljan 100, Klaryski 50, Zalasowa 25·75, Czermna 30, ks. Garlik 50 dol., Witkowice 33, ks. Józef Grabowski 50, ks. W. Bukowiec 10, ks. Fl. Dutkiewicz 10, ks. Jan Drożdż 30, ks. W. Skopiński 10, ks. W. Pierzga 5, ks. W. Kozdrój 5, ks. M. Sroka 30, ks. St. Bochenek 10, ks. Fr. Herr 20, ks. J. Mastalerz 5, ks. Fr. Kazek 20, ks. P. Halak 20, ks. Węgrzyn 10 dol., ks. A. Jaroch 200, ks. Jan Ligęza 100, Domosławice 50, ks. Jakus 80, ks. Prałat Fr. Pawlikowski 100, ks. Piotr Lewandowski 50, ks. Fełiks Pudełko 100, ks. I. Ryba 20, ks, Halak 20, ks. M. Maryniarczyk 100, ks. Brożek 40, ks. Jan Wiejaczka 100, ks. Jan Góra 50, ks. Ludwik Wrębski 50, ks. Józef Szułakiewicz 20, ks. Józef Węgrzyn 80, Biecz 50, ks. W. Ostrowieński 50, ks. W. Trytek 100, ks. L. Białek 50, ks. A. Boratyński 50, Kanina 25, ks. Jan Pięta 100, ks. Jan Zachara 50, ks. Jan Dec 100, ks. Odziomek 51. ks. Fr. Mączka 50, ks. Jędrzej Mucha 50, ks. Opoka 50, ks. Karaś 60, OO. Karmelici Pilzno 100, ks. Serwin 50, ks. Adam Stefański 100, ks. Dobrzański 100, ks. Jan Granicki 10, ks. Jan Wolanin 10, ks. Osmólski 100, ks. L. Ligaszewski 10, ks. Stańczyk 15, ks. Bułat 10. ks. Superson 10, ks. Stary 15, ks. Śliwa 15. ks. Grzyb 15, ks. Niedźwiadek 15, ks. Szurmiak 2, ks. Białas 20, ks. Grodniewski 35, ks. Dziurzycki 15, ks. Prałat Pawlikowski 10, ks. Mucha 20, ks. Dr Dudziak 20, ks. Dec 10, ks. Fr. Baliński 50, ks. Jakób Luraniec 50, ks. Piotr Rajca 10, ks. Andrzej Rejowski 100, ks. Z. Jakus 80, ks. W. Bukowiec 100, ks. Grotowski 100, ks. Walenty Wcisło 100, ks. Halak 30, ks. Dr Kuc 200, ks. Szczur 10, ks. Bach 840·67, Przeczyca 30, ks. St. Czerw 50, ks. Jan Zięba 1000, N. N. (Bolesław) 90, ks. Wielgus 100, ks. Ciszek 100, ks. Fel. Cebula 50, ks. Piekarzewski 30, ks. Józef Padykuła 200, ks. Rozembarski 100, ks. Romański 50, ks. W. Młyniec 100, ks. Kuźniarowicz 70, ks. St. Mroczka 15, Najprzew. Ks. Biskup Dr E. Komar 150, ks. Skórka 100, ks. Kopernicki 100, ks. Kotfis 50, ks. Fr. Piękoś 100, ks. Pasternak 30, ks. Karol Dobrzański 100, ks. Koza 25, ks. Z. Jakus 80, ks. Kilian 100, ks. A. Brandt 59, ks. Rajca 10, ks. Halak 30, ks. Dr Kuc 200, ks. Paczyński 50, ks. J. Sroka 50, ks. Niedojadło 50, ks. Fąfara 25, ks. Fr. Romański 50, ks. Fasuga 100, ks. Orzechowski 100, ks. Wnękowicz 30, ks. Pawlus 100, ks. Florjan Dutkiewicz 50, ks. Pawlikowski 100, ks. Śnieżnicki 100, ks. Dunajecki 100, Jodłówka Tuch. 30, ks. Całka 50, ks. Kiełbicki 50, ks. Słowiński 100, ks. Rejowski 50, ks. Wieczorek 300, Tarnów (I) 214, ks. Gajek 50, ks. Odziomek 50, St. Sącz 50, ks. Chmura 20 dol., ks. Z. Jakus 80, ks. Kmieciński 50, ks. Badowski 100, ks. Roman Sitko 100, ks. W. Pierzga 50.

b) Wprost do Rektoratu Seminarjum przesłali:

W miesiącu styczniu 1930:

Najprzewielebniejszy Ks. Biskup Ordynarjusz 100 dol., Najprzew. Ks. Biskup Rektor (za styczeń) 100 Zł, ks. Prałat Mazur (za styczeń) 100, ks. Jan Zaskalski 100, ks. Henryk Stochel 100, ks. Wawrzyniec Gnutek 50, ks. Marcin Dybiec 100, ks. Franciszek Dyda 50, ks. I. Z. 50 dol. ks. Mieczysław Mamulski 100, ks. Prałat Łazarski 100, ks. Jakób Wyrwa 30, ks. Franciszek Głąb 100, ks. Andrzej Juszczyk 100, Alumni IV r. teol. 60, ks. Adam Duszkiewicz (I rata) 25, ks. Wojciech Biernat 50, ks. dziekan Jan Jasiak 50, ks. Jan Zawada (Porąbka) 100, ks. Stanisław Indyk 100, ks. Franciszek Siedlik 100, ks. dziekan Jacek Michalik 100, ks. dziekan Marcin Rojek (I rata) 70, ks. Władysław Szymanek 70, ks. Prałat Pawlikowski (I rata) 100, ks. Michał Matras 120, ks. Alojzy Młyniec 50, ks. dziekan Michał Sidor 50, ks. Mieczysław Trojnacki 100, ks. Stanisław Kozieja (I rata) 100, ks. Antoni Kolarz 70, ks. Jan Bączyński (I rata) 5 dol., ks. Wojciech Bukowiec 100 Zł, ks. Stanisław Kruczek (iun.) 100, ks. dziekan Jan Bach (I rata) 50, ks. Władysław Mendrala 50, ks. Karol Zając 50, ks. Adam Chmiel 50, ks. Jan Kwarciński 50, ks. Karol Szumowski 100, ks. Andrzej Bogacz 200, ks. Józef Głodzik 100.

W miesiącu lutym:

Alumni II r. teol. 26·50, ks. Józef Białka 50, ks. Antoni Gliński (I rata) 50, ks. Jan Drożdż (I rata) 100, ks. Jan Zwierz 50, ks. Piotr Stary 50, ks. Michał Wieliński 100, ks. Jan Rosiek 20 dol., Alumni III r. teol. 31·50 Zł, ks. Antoni Gawenda (I rata) 50, ks. Walenty Piotrowski 50, ks. Franciszek Kazek 50, ks. Michał Skura 50, ks. Wojciech Koszyk 50, ks. Jan Kozioł (I rata) 70, ks. Jan Lipień 120, ks. Józef Śledź 100, ks. Piotr Kyrcz 100, ks. Karol Dobrzański 1000, Najprzew. Ks. Biskup Rektor (luty) 100, ks. Prałat Mazur (za luty) 100, ks. Teofil Górnicki 50, ks. Leon Mucha 100, ks. Jan Lech 50, ks. dziekan Józef Krośniński (I rata) 100, ks. Jan Sadkiewicz 100, ks. Maciej Harbut 50, p. Knapik Piotr (z Tarnowa) 500, ks. Zygmunt Jakus 320, ks. Władysław Lalik 100, ks. Stanisław Wrona 100, ks. Jan Drożdż (II rata) 100, ks. Franciszek Szatko 200, Alumni I r. teol. 35·50, ks. Dominik Litwiński 50, ks. Piotr Podolski 100, ks. Antoni Gorczyca (I rata) 30, ks. Marcin Konicki 50, ks. Roman Duchiewicz 200, ks. Dr Andrzej Cierniak (I rata) 50, ks. Ignacy Rajczak 40, ks. Józef Bocheński 25, ks. Stanisław Warchałowski 50, ks. Antoni Gawroński 100, ks. Dr Jan Bochenek 100, ks. Franciszek Romański (I rata) 50, ks. Józef Bukowiec 100, ks. Stanisław Kołek 100, ks. dziekan Jan Bach (II rata) 50, ks. Teofil Stawarz (I rata) 20, ks. Józef Put 120, ks. Michał Kuc 100, ks. Jan Jarosz (Czarna) (I rata) 50, ks. Franciszek Herr 100, ks. Stanisław Margosiak 50, ks. Stanisław Przewłocki 100, ks. Stanisław Bączewski 100, ks. Józef Bibro (I rata) 25, ks. Jan Chmiel 10 dol., ks. Jan Zawada (Słopnice) 50 Zł, ks. Stanisław Szafrański 50, ks. Jan Łoniowski 30, ks. Franciszek Łącki 200, Szczepanów 52·18, ks. Stefan Jaworski 50, ks. Józef Latocha 50.

W miesiącu marcu:


Ks. prob. Michał Sroka 20 dol., Alumni IV r. teol. 60 Zł, ks. Wojciech Orzech 100, ks. Józef Misiak 100, ks. Prałat Dr Bulanda (I rata) 50, ks. Prałat Józef Wątorek 100, Najprzew. Ks. Biskup Rektor (za marzec) 100, ks. Prałat Mazur (za marzec) 100, Alumni III r. teol. 31, ks. Jan Fortuna 50, ks. Dr Juljan Piskorz 50, ks. Józef Kuczek 100, ks. Jan Curyłło 50, ks Wojciech Biernat (II rata) 70, ks. Michał Sotowicz (I rata) 25, ks. Edward Pykosz (I rata) 100, Alumni II r. teol. 28, ks. Józef Wałek 10 dol., ks. Alexander Rogóż 100 Zł, ks. Józef Franczak 100, ks. Józef Leśniak 100, ks. Stanisław Grodniewski 100, ks. Franciszek Dygoń 100, ks. Jakób Sora 100, ks. Stanisław Król 100, ks. Piotr Sadulski 100, ks. Roman Zieliński 50, ks. Stanisław Kocjan 200, ks. Józef Bardel 50, Alumni IV r. teol. 55, ks. Andrzej Niwa 25, ks. Bronisław Michałowski 25, ks. Marcin Rojek (II rata) 50.



Z Wydawnictw:

O. I. Kmiecik, Reformat: Misje ludowe — 50 Kazań misyjnych, rekolekcyjnych i okolicznościowych. Reformaci — Kraków — Cena 15 Zł.

Ks. J. Makłowicz: Wybór przykładów ojczystych do nauki wiary i obyczajów. Miejsce Piastowe. Tom I i II cena całości 16 Zł.



Zmiany wśród Duchowieństwa.

Ks. Kazimierz Łazarski, proboszcz w Limanowej, zamianowany dziekanem Limanowskim.

Instytuowani kanonicznie na probostwo:

Ks. Jan Kruczek, wikarjusz w Czerminie. na probostwo w Ołpinach;

Ks. Andrzej Juszczyk, proboszcz w Krzyżu, na probostwo w Chomranicach;

Ks. Jan Wilkiewicz, proboszcz w Kobylance, na probostwo w Wietrzychowicach.

Proboszczem usuwalnym w Krzyżu zamianowany ks. Jan Curyłło, wikarjusz w Radomyślu Wielkim.

Administratorami zamianowani:

Ks. Antoni Brandt, proboszcz w Kamionce Małej, administratorem excurrendo w Ujanowicach;

Ks. Jan Granicki, wikarjusz w Sędziszowie, administratorem w Sędziszowie;

Ks. Jan Ciszek, proboszcz w Machowej, administratorem excurrendo w Pogorskiej Woli;

Ks. Stanisław Kozieja, administratorem Kobylance.

Na wikarjusza przeznaczony ks. Tadeusz Robak do Czchowa, a ks. Józef Grądziel po ukończeniu administracji w Chomranicach na wikarjusza do Radomyśla Wielkiego

Zmarli:

Ks. Józef Lasak, proboszcz i dziekan w Wietrzychowicach, 27 listopada 1929.

Ks. Ernest Christ, proboszcz w Ujanowicach, dziekan Limanowski, kanonik honor. Kapituły katedralnej, dnia 4 marca 1930.

Ks. Jan Kowal, proboszcz w Pogorskiej Woli, dnia 16 marca.

Ks. Ludwik Pendracki, katecheta szkoły powszechnej w Czchowie, dnia 19 marca.

Ks. Stanisław Kubiś, wikarjusz w Jasieniu, dnia 24 marca.

Ks. Paweł Sapecki, proboszcz w Sędziszowie, kanonik honor. Kapituły katedralnej Przemyskiej, dnia 6 kwietnia.

Śp. Kapłani byli zapisani do Stowarzyszenia wzajemnych modłów.

R. i. p.!

Z KURJI BISKUPIEJ

W Tarnowie, dnia 14 kwietnia 1930.

Ks. Roman Sitko
kanclerz

† LEON Bp.

Nakładem Kleru Diecezjalnego — Z Drukarni Zygmunta Jelenia w Tarnowie